



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Epistolarvm Innocentii III. Romani Pontificis Libri Vndecim

Innozenz <III., Papst>

Parisiis, 1682

Alvfo Canonico sanctæ Anastasis.

urn:nbn:de:hbz:466:1-20020

succurrere potuerunt. Unde non im-
 merito per eos qui ad utrumque pariter in-
 tendebant locum perdidit & gentem;
 ut perditis male malis, ipsa terra talibus
 locaretur agricolis qui fructum reddant
 tempore opportuno. Ceterum quia, quem-
 admodum legitur in Daniele Propheta,
 est Deus in caelo qui revelat mysteria,
 mutat tempora, & transfert regna, qui
 dominatur in regno hominum, & cui vo-
 luerit dabit illud, Constantinopolitanum
 imperium transtulit ad eisdem, nobilita-
 ti tuae consulimus ut in conspectu carissi-
 mi in Christo filij nostri Henrici Con-
 stantinopolitani Imperatoris illustri humi-
 lies temetipsam, eique servias honorem
 debitum impendendo, Ieremiae sequentes
 exemplum, quem Israelitico populo
 legitimus consilium tribuisse ut Nabucho-
 donosor Regi servirent & viverent sub
 eodem. Si enim Propheta consuluit ut
 fidelis populus infideli Regi serviret,
 quanto magis consulendum est tibi ut ser-
 vias Imperatori praefato, cui altissimus
 dedit imperium, cum catholicus Prin-
 cept & fidelis existat, ut sub ejus vivens
 imperio pacem obtineas exoptatam. Su-
 per eo vero quod illos caritatem asseris
 non habere, pro eo quod tecum treugas
 ad terminum inierunt, nolentes easdem
 in perpetuum stabilire, cum dilectio ter-
 mino non claudatur, tibi breviter respon-
 demus quod caritas & potest & debet
 etiam sine treugis haberi, cum non so-
 lum ad amicos sed etiam ad inimicos sit
 ipsa caritas extendenda, dicente Domi-
 no: *Diligite inimicos vestros, benefacite iis
 qui oderunt vos, & orate pro persecuentibus
 & calumniantibus vobis; quae profectio per
 treugas non tollitur, sed fovetur, & ad
 perfectionem ipsius via facilior prepara-
 tur. Tu vero dispositioni divinae consen-
 tiens, qua idem est Imperator ad impe-
 rium sublimatus, ei debitum impendas ob-
 sequium & honorem; & nobis, qui licet
 indigni, locum beati Petri tenemus, de-
 votionem & reverentiam cum omnibus
 qui sunt tecum satagas exhibere; quia nos
 per Legatum quem ad partes illas inten-
 dimus destinare, Imperatorem eundem
 faciemus sollicito commoneri ut tecum in
 spiritu ambulet lenitatis. Cum autem ip-
 sum Legatum ad partes illas noveris per-
 venisse, tuos ad eum nuntios destinabis,
 ut idem inter te ac Imperatorem prae-
 dic- tum ea quae pacis sunt & salutis ordinare
 procuret. Datum Laterani xvi. Kal. April.
 anno undecimo.*

ALVFO CANONICO
sanctae Anastasis.

Solet annuere, &c. usque assensum, Epist. 48. Et confirmatur praebenda.
 praebendam quam in Ecclesia sanctae
 Anastasis te proponis legitime assecutum,
 sicut eam juste possides & quiete, aucto-
 ritate tibi apostolica confirmamus & praesentis
 scripti &c. Nulli ergo &c. Si quis
 autem &c. Datum Laterani v. Idus April.
 ando undecimo.

DECANO SANCTAE MARIAE
*de Blacherna, & Cantori sanctorum qua-
 draginta, & magistro G. Canonico sancti
 Pauli Constantinopolitani.*

Gravam nobis dilectus filius Alufus Epist. 49. Scribitur pro eodem Alufus.
 Canonicus sanctae Anastasis Constans-
 tinopolitanae obtulit questionem, quod
 D. concanonicus suus & quidam alij Con-
 stantinopolitani manus iniecerunt in eum,
 Dei timore postposito, temere violentas.
 Quia igitur hujusmodi violentarum ma-
 nuum injectores non est dubium incidisse
 in canonem sententiae promulgatae, dis-
 cretioni vestrae per apostolica scripta man-
 damus quatenus si est ita, praesumptores
 eisdem tamdiu &c. Quod si non omnes
 &c. duo vestrum &c. Datum Laterani 11.
 Idus Aprilis, anno undecimo.

CANTORI SANCTORUM
*quadragesima, & magistro G. sancti Pauli,
 & An. sanctae Mariae de Cintura Cano-
 nicis Constantinopolitanis.*

Veniens ad apostolicam sedem dilectus Epist. 50. Pro eodem.
 filius Alufus sanctae Anastasis Cano-
 nicus sua nobis insinuatione monstravit
 quod cum Decanus sanctae Mariae de Bla-
 querna & Canonici sanctae Anastasis Con-
 stantinopolitanae, pro quibus ad sedem
 apostolicam laboravit, ei praebendae suae
 fructus & alia de jure ad ipsum spectantia
 in sui absentia promiserint exhibere, ipsa
 detinent & reddere contradicunt. Quocir-
 ca discretioni vestrae per apostolica scripta
 mandamus quatenus dictos Decanum &
 Canonicos ut fructus illos & alia eidem
 exhibeant, ut tenentur, monitione praemissa
 per censuram ecclesiasticam appella-
 tione remota cogatis. Quod si non om-
 nes, duo vestrum &c. Datum Laterani
 Idibus Aprilis, anno undecimo.

PREPOSITO ET CAPITULO
de Blaquerna.

Constitutus in praesentia nostra dile- Epist. 51. Pro Arnulfo Canonico de Blaquerna.
 ctus filius Arnulfus Ecclesiae vestrae

perditionem,
 ut perasiam